EXPLANATIO SUPRA

SCRIPTE STORIE

Post et uidi alium angelum
descendentem de celo haben
tem potestatem magnam
et terra inluminata est a claritate eius.
et clamabit in fortitudine dicens:
cecidit cecidit babilon illa magna
et facta est habitaculum demoniorum
et custodia omnis auis inmunde et
spiritus inquinate. Angelum quem
dicit descendentem de celo: Dominum
nostrum Ihesum Christum dicit cum se adrumpat
ex corpori secte coniunctum.
Ciuitatem babilon ipsa est quod supra
diximus mulierem meretricem. et
reges terre. Id est. ciuitas diaboli
que facta est habitaculum demo
niorum. et omnis auis inmunde.
Numquid si omnis mundus non
esset hec ciuitas diaboli. po
tuerat perspicue in una ciuitate.
omnes demones et omnes aues
inmunis ciuitatis tantum con
gregari. Sed hec ciuitas
totus mundus est. Nulla est
tam ciuitas que omnem animam
inmundam capiat. nisi ciuitas
diaboli. in qua omnis inmunditia
per orbem commoratur sicut
dicit: Quia de uino fornicationis eius
biberunt omnes gentes et reges terre
cum ea fornicati sunt. Id est.
unus alterum in malo imitando

Madrid. Bibl. Nac. Nº .Beatus manuscript of King Ferdinand I, From San Isidoro de Leon. Facundus scripsit dated 1047
Photo J. Pierpont Morgan Library . Exped. Walter W.S.Cook. 1926.
2011 Ministerio de Cultura